

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio aq
cum uariis

Si passio redemptoris ad memoriam reducitur, nichil tam durum quod non equo animo toleretur. Parua enim toleramus, si recordemur, quid biberit ad patibulum qui nos inuitat ad celum. Ille enim obprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucemque sustinuit, et nos miseri ad nostram confusionem uno sermone fatigamur, uno uerbo deicimur.

Ysidorus de summo bono et Augustinus de conflictu uiciorum et uirtutum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Passio aq] Passio ap P V¹ V² L¹ L²; durum] est *add.* P V¹ V² L¹ L²; parua] perua P; fatigamur] fagamur (*cor. supra lin.*) C; deicimur.] deiicimur? V² L¹ L²; et *om.* M; Augustinus] Cassiodorus M; et Augustinus de conflictu uiciorum et uirtutum *om.* P V¹ V² L¹ L²